



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

29. S. Polycarpvs Cvm Avdiret voces blasphemas in Deum, & spargi salsa
dogmata, & designatum esse grande aliquod facinus, solitus est dicere:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

multò magis mihi temporis rerum gestarum inhæret memoria, quàm præsentis.

Altius insidunt animo q̄z reposa manebunt,

Quæ primo à tencris imbibit ore puer.

*Quæ puer excepti Polycarpi tempore, inhærent
Certius, his multo quæ modò dīcio senex.*

*Hæc sancto felix Irenæus protulit ore,
Claruit auditor qui Polycarpe tuus.*

29. S. POLYCARPV S CVM AV-
diret voces blasphemias in Deum, & spar-
gi falsa dogmata, & designatum esse
grande aliquod facinus, so-
litus est dicere:

Deus bone, in quæ tempora me refer-
uasti, vt hæc audiam?

Blasphemias quoties voces audiret, & igens

Flagitium admissum, sic Polycarpus ait:

O Deus, in quæ me seruasti tempora viuum,

Vt feriant aures criminata tanta meas?

Sic pius exclamat martyr, quo tempore longè

Iustitia maior cultus in orbe fuit.

Diceret heu nostro sanctus quid tempore martyr,

Quo ruit in quoduis impia turba scelus?

30. Idem